



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

16. Rationes reddere qui tenetur, potest impetrare à magistratu arbitrium,  
expensarum de acceptis & expensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)



quibus rationes conscriptæ sunt, item reliqua secundum accepta & expensa heredibus reddere debeat? Respondit: ea de quibus queritur, posse heredem vindicare l. Si ita fuerit seruus. s. quæstio hæc. ff. de manumis. testa. In reliquis (inquit Vlpianus) accipere debemus, vt quod ipsa rationum volumina reddantur.

Decima. Qui rationes reddere debet: is 16  
potest impetrare à magistratu arbitrum (vulgò calculatorem vocant) qui de acceptis & expensis duntaxat cognoscat. l. si cui libertas. ff. de condi. & demon. Et ibi Bartolus.

Vndecima: Reddita semel ratione approbata, non potest administrator denuo vrgeri ad iterandam calculandi molestiam l. semel C. de apoch. Est autem ἀποχὴ græcè, receptio, Latine, puta chirographum & confessio creditoris, numeratam sibi esse pecuniam à debitore totam vel partem ἀντιποχὴν, autem quam debitor creditori facit, ex scripto, præsertim de annuo debito l. si accepto latum. ff. de accepti- la l. si plures apochis. C. de fide instrum. l. si. s. Titius. ff. de condi. indeb. l. qui tabulas. s. apoch. ff. de fur. Sed